



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1553. usque ad annum 1557

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 9011857X

§. 65. Facultatis deliberatio circa hoc edictum in quodam confessu
instituta.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66565](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66565)

tosque Cardinalium judicio litigantibus **Sæcul. XVI.**
præcepit, ut exakte illud observarent. **A.C. 1555.**

§. LXV.

*Facultatis deliberatio circa hoc edictum
in quodam confessu instituta.*

Verum hoc edicto nondum lis omnino **Argentre**
composita erat, quippe Facultas die **p. 201.**
vigesima octava Octobris Anno Domini
millesimo quingentesimo quinquagesimo
octavo hanc in rem conventum egit, in
quo post maturum examen ita decidit:
decernimus, quod respondeamus ad o-
mnia illa, quæ proponentur coram Nicolao Pa-
tureo Commissario, quomodo volumus, &
parati sumus parere dictæ sententiae omni-
bus modis, nec ullo modo volumus repu-
gnare. Postea designati sunt, qui hæc
nomine Facultatis referrent Commissa-
rio prædicto, iisque erant Decanus Daval,
de Coursel, & Morelus.

Altera die vigesima nona ejusdem
Mensis denū convenerant Doctores ad
audiendam relationem eorum, quos priori
die in causa Lugdunensium Canonico-
rum deputabant: postea ita Facultas
pronuntiabat. *Ex communi consensu Ma-*
gistrorum nostrorum placuit, ut non ingre-
diamur strepitum forensem, sed adeant Do-
minum Commissarium Magistri nostri Da-
val, Benedictus Coursel, & Pelletier, cui
offerant sententiam, & tabulas, in quibus

Hist. Eccles. Tom. XLII. X censu-

Sæcul. XVI. censuræ contra Canonicos Lugdunenses
A.C. 1555. continentur, ut ea, quæ sint expungenda
 juxta decretum, expungat, præsentibus etiam Notariis, si opus sit.

§. LXVI.

Patriarcharum Constantinopolitanorum successio.

Turco Gra- **H**oc item anno Domini millesimo quin-
 gentesimo quinquagesimo quinto
cia l. 2. Josephus III., seu Joasaph II. Dionysio
Spond. n. 20. in Græco Patriarchatu Constantinopo-
Onuphr. in litano succeſſerat. Hic novem, aut de-
 cem annis hac dignitate fulgebat, prout
 ex inaugurationis diplomate conjicer-
 licet; postquam enim sua nimia arro-
 gantia cum suo Clero continuas habue-
 rat altercationes, de simonia convictus
 omnibus adeo invisum sese reddebat,
 ut Anno Christi millesimo quingentesi-
 mo sexagesimo quinto a Græcis Præsu-
 libus una congregatis fuerit exaucitora-
 tus, eique suffectus Metrophanes Cæfa-
 reensis: tum vero Joasaphus, qui Adria-
 nopolitanus erat Metropolita, suis arti-
 bus, ac muneribus tantum effecerat, ut
 solita munieris largitio, quæ antea ad
 tria millia aureorum ascendebat, ad
 duo duntaxat millia reduceretur. Hic
 idem pluribus aureis, & argenteis vas-
 bus Constantinopolitanam ornabat Ec-
 clesiam, ipsumque Palatum pluribus
 ædi-

Chronic.